CLARISSIMO
DOMINO CANDIDATO
S. D.
PRAESES.

Virtus ſe ipſam commendat. Praecone non indiget. Haec in TE conſpicitur eximia, tantaque, vt totus Ordo noſter de TVO laetetur acceſſu. Expectationem egregie viciſti. Confirmaſti eam praeſenti TVAE eruditionis ſpecimine, quod, proprio ingenio elaboratum, illibatum TIBI reddo. Gratulor ergo, quos adſpiras, debitos praeclarae TVAE Iuris ſcientiae dexteritatique, honores. Itaque, feliciter exantlatis Academicis laboribus, inconcuſſa fortuna quietus, amplioribusque, quae mereris, praemiis atque ſplendore exornatus, fruaris, ex animo apprecor.

Dab. Vitemb. d. Domin. Iubil.

MDCCXL.